

SPECIMEN ACADEMICUM
DeLOCUTIONIBUS AN-
THROPOPATHICIS,*Quod Ampliss. Facult. Philos.**In**Regis Acad. Aboens., indultu*

PRÆSIDE

Maxime Reverendo atque Celeberrimo
Dn. Mag. JOHAN. HAARTMAN
Phil. Theoret. jam design. Theolog.
Professore Ordinario*cordatorum examini modeste subicit*

Alumnus Regius

OLAUS MJSJN

*Aboensis,*Loco horisque solitis die 16 April
MDCCLXXXV.

A B O Æ,

Exc. Joh. Kiampe Reg. Ac. Typ.

S:æ R:æ M:tis

MAXIMÆ FIDEI VIRO

Perillustri atque Generosissimo DOMINO

Dn. CAROLO de SINCKLAIR

Legionis pedestris Provinciæ Aboënsis

CHILIARCHÆ maxime inclyto, ut Nu-

tritio meo benignissimo ita

MÆCENATI OPTIMO.

Tympano mihi opus est, cum merita Tua
MÆCENAS, *U*qui acbeo, merita ore non
efferenda, Tanta Tibi debeo, ut si vel maxi-
me Lucullus essem, nomen tamen meum nun-
quam expedire possem. Ne vero occasionem,
grati animi testandi aliquis intermissam mihi
imputet, primum hoc Specimen, in pignus de-
votæ mentis, TIBI consecro. Quo quidem
meum debitum non minuitur, sed crescit po-
tius. Verum hoc me recreat, quod, more
excelsarum mentium nihil præter debiti pro-
fessionem & bonæ mentis studium insuper a
me requiras,

GENEROSITATIS TUÆ.

Cultore devotissimo

Olao Niiddh.

S:æ R:æ M:tis
MAGNÆ FIDEI VIRO

Generosissimo ac Nobilissimo DOMINO,

Dn. CAROL. LILIENSTIERNA,
Magni Ducatus Finlandiæ Dicastrii (u-
prens) Adleff ri æquissimo, MÆCENATI
& EVERGETÆ æternum colendo.

Quæ Tu, MÆCENAS SUMME, in me,
paternamque domum contulisti merita,
digna sunt quæ ad Herculeas usque innotescant
columnas. Doleo, & quam maxime doleo,
nullam mihi esse facultatem, quæ Tibi volunta-
tem meam declarare possim. Verum frueri
virtute Tua, quæ ipsa per se Magno Viro est
satis. Ego enim quod unum valeo, excellen-
tis ornamenta animi, perpetua veneratione
complectar. Patere, MÆCENAS, splendi-
dissimos, favoris Tui radios in pagellas basco,
Tibi, qui exaggerata multarum rerum scientiæ
excellis, sacratas, jactari. Vale, Veneran-
dum mihi nomen vige, flore, nec unquam
desine favere
NOMINIS TUI.

Clienti humillimo
Olo Miodh.

VIRO

SUMME REVERENDO

Dn. ANDREÆ BERGIO,

S. S. Theologiae DOCTORI & PROFES-
SORI Primario, Districtusque Aboensis
Archi-PRÆPOSITO Celeberrimo, utri-
usque Consistorii ADSESSORI longe gra-
vissimo. MÆCENATI & Studiorum PRO-
MOTORI humillima mente colendo.

Tenes, Pagella, nullis, vestita, coloribus
ad, Limina, MÆCENATUM, ite, propera-
xima, voce, contendite, Profitcamini, vos, meos,
quia, immature, vos, genuit, & antequam
nuda, cogimini, aliorum, praesidiis, vos, com-
citis, fœtus, Sunt, enim, ut, probis, clarissima,
beneficia, inexplicabilia, NOMINA, eternis
cariora, Dicite, tandem, Genitorem, Vestrum

MÆCENATUM

Cultorem

Olaum

MAXIME REVERENDO, atque CEFERRIMO
 Dn. ISAACO BERNARDI
 L. L. Orientalium, junque designato S. S. Theol. PROFESSORI Ordinario, Con-
 sistorii utriusque ADSESSORI Amplissi-
 mo. EVERGETÆ & Studiorum meorum
 AMPLIFICATORI certissimo.

*antequam, in, conspectum, proditis, hominum,
 re, pergite. Vestitum, ornatum, tutamen, ma-
 Embriones. Qui, propter, inopiam, Genitoris,
 posset, necessaria, prabere. Iccirco, extorres,
 mittere, Nihil, abnuent, vobis, si, meos, vos, di-
 erudito, orbi, Splendidissima. Sic, mihi, propter,
 obsequiis, dignissima. Auro, argentaque longe,
 ad, tumbum, usque permanere.*

TANTORUM.

humillimum

Quodh.

Perquam Reuerenda atque Doctissimo Domino
Dn. GUSTAVO ROTHOVIO,
Legionis Pedestris Biörneburgicæ Pastori
dignissimo, & Mouhierfvienſium Sacce-
lano vigilantissimo, Benefactori
honorando.

Clarissimo atque ſpectatiſſimo Viro
Dn. JONÆ COLLEN,
Vectigalium Aboëſium INSPECTORI
accuratiſſimo, Fautori multis nominibus
compellando.

ſpectatiſſimis Viris atque Dominis
Dn. JOACHIMO SCHÆFER,
Dn. ERICO BERGSTEN,
Dn. HENRICO RUNGEEN,
Dn. MATTHIÆ RUNGEEN,
Mercatoribus inter Aboëſes honeſtiſſi-
mis Fautoribus honorandis.

O *ſuaſis favoris, affectusque benigni, erga*
me præſtita beneficia, nominibus veſtris,
FAUTORES, præſentem hanc diſſertationem,
in teſſeram meæ in vos obſervantiæ, gratique
animi teſtimonium, ſacratam volo. Perman-
ſurus veſter ut

Fautorum honoratiſſimorum.

Servus officiociſſimus

A. & R.

Fågne-Rim
öfwer

Herr AUCTOREN och RE-
SPONDENTEN,

Då han med färdighet och snille *disputerade*
wid Ubo Academie

När man wil stiga op på *Pindi* branta
klippor,

Är man ett skodder rätt man dit alsintet
slipper,

Herr Miödh, i wisat här, at i har skodt
Ehr bras,

När I ett härligt prof af Lärdom gif-
wen af.

Derför bör *Pallas* och Ehr hiessa wacker
kröna,

Och med en Lagerkrantz Ehr swära arbet
löna,

På åhrans stapel skal Ehr namn, bland
Lärdas, stå,

Se detta är den Löön jag Ehr förut kan
spå.

Då

Då tack, fördenstul tack, af G, Ehr Lands
mans heder,
För Eder Lager först ett wacker wärck
tilreder,
Att andra då må se det Nbo och har
man;
Så skrifwit har i hast den som stads är
Ehr wån.

och hörsamste tienare

ALR. NIKERHJELM

OMnes cum laudari cupiant, vera lauda-
 dis fundamenta, pauci tum per-
 spiciunt, paucissimi ex rationis lege po-
 nunt. Non possunt autem recte poni,
 via, qua ad arcem hanc augustissimam
 itur, nisi teneas compendia. Vim men-
 tibus humanis rerum arbiter sapientissi-
 mus in sevit, cælo natam, origine di-
 gnam, alta & cælestia, si vinculis sol-
 vatur terrestribus, siti anhelantem per-
 petua. Hujus culturam, si quem genui-
 ne sollicitudo gloria tenet, ignavia pul-
 sa, Cræsi præferre thesaurus, iisque omni-
 bus, quibus seculi vanitas magnifica su-
 spendit elogia, oracula jubent sapientum.
 Quorum præceptorum quam tibi, Amice
 optime, infixæ fuerit memoria, pulcher-
 rimus hiccæ, quem jam in lucem edis,
 fœtus, ortus sui decus exacte referens,
 amœnissimo loquitur sermonis genere.
 Præclarum igitur opere fecisti prætium.
 Aut enim me omnia fallunt, aut tum de-
 nique

nique exanclati laboris Te pœnitebit, cum
cultores suos coronare virtus & industria
desinet. Plura dicerem, nisi id jam age-
rem, ut animo quam verbi in Te sine
prolixior. Vis rei experimentum? occa-
sionem sugere, qua, quam tibi cupiam,
declarem; discas, spero, quam non fa-
cile reperiri queat, quem studio in Te mi-
hi preferas. Vodebo denique, sed quid?
an laurum? Equidem illam, cum insigne
debeat esse, quo doctrina notetur, non in-
scitiz pallium, ne utquam spernendam du-
ca. Interim claustris nimis arctis coerce-
ri se pateretur affectus in te meus, si
ultra, quo vivendo progredieretur, non ha-
beret. Itaque paucis multa: faxit divi-
na clementia, ut brevi muneri quidam ad-
motus, amplissimum tibi candidum aperi-
as, in quo prestantissima cœli munera,
que tam larva manu Tibi frutrix na-
tura est admissa, in Dei honorem & Pa-
trie commodum, pro dignitate explicare
queas & impudere. Nihil interim anti-
quius

quius erit, quam si omnes intelligant, quod
immutabili amoris affectu permaneam.

Tibi

Ad quavis officia obstrictissimus

WILHELMUS ARMFELDT.

Monfieur

A Tant appris, que vous êtes sur le point de mettre au jour une favante differtation, je n'ai pu m'empêcher de vous en féliciter, & de déclarer publiquement, que je vous aime, & que je vous honore. Il faut avouer, que je me fuis souvent étonné, de ce qu'étant comblé de tant de belles qualités, vous n'avez point auparavant songé à vous faire donner le Laurier, qui paye, (à ce qu'on croit) les travaux affidus des fils de Minerve. Mais je ne prétend point que vous m'en rendiez compte, je fuis content de favoir, qu'un homme de bon fens ne fait rien fans raifon. Je me borne à vous fouhaiter toutes fortes de profpérité, jointes à une récompense digne de votre mérite, & proportionné au defirs de celui, qui efpere que la fortune lui donnera un jour l'occafion de vous faire voir en effet, qu'il eft avec
plaisir

Monfieur

vosre tre humble
serviteur

G. WALLENSTIERNA.



I. N. J.

PRÆLOQVIUM.

Cum non raro perceperim eorum, qui fortunæ meæ habenas in manibus quasi tenent suis, voluntatem esse, ut ingenii vires, si quæ essent, publico specimine ostenderem, non potui quin illis, quæ par est pietatè, morem tandem gererem, et si ipse virium mearum satis mihi conscius sim, me scilicet
nihil

nihil, quod spei eorum satis
faceret, præstare posse. Non
enim mihi præ ceteris, inge-
nium vividum, judicium acre,
aliaque subsidia, quæ requiruntur,
natura largita est. jam ita-
que per omnes erumpere car-
ceres, & ipsam naturam in-
dustria quodam modo vincere,
si vinci queat, tandem per-
tentabo. Diu mihi de mate-
ria laborare non necesse fuit,
siquidem effuso risu suo, au-
res meas ita vellicavit effreni
licentia semper utens *Christio-
anus* ille *Democritus* ut penitio
us quasdam ejus hypotheses
sub examen ego etiam non
petuerim non revocare. &
cum inter alia, præcipiti sa-
tis

ris concilio ab ipso eructata,
 viderem eum etiam eorum
 innoxiam irridere sententiam,
 qui existimant ipsis licere lo-
 cutionibus impropriis attribu-
 ta Dei exprimere; ego statim
 cogitavi, annon Philosophicis
 quoq; demonstrationibus evin-
 ci posset, nihil vitii in se
 habere, ejuscemodi loquendi
 formulas. Quæ mihi materia
 eo magis arrisit, quo scirem
 a nemine, quantum quidem
 mihi videre contigit, hanc
 philosophice antehac elaboratã
 esse. Si jam, ut fieri solet, a-
 licui placuerit nos, laborem
 que hunc nostrum, maligno
 rodere dente, rodatur, non
 laboramus. Fungantur momi

suo officio: habent in se ipsis
 quo percant: cum suis livori-
 bus conficiantur. Erit sem-
 per animo meo impressum,
 quod quidam, inter sapientes
 nostrates alicubi protulit: *In*
via virtutis ardua calcanda,
esse stygii canis dentes, Et i-
nertis fastidia lingue non raro
excipienda. Cordatos tamen
 cordate iudicatu-ros spero.

¶ S. I.

Licet cuilibet homini no-
 titia Dei sit insita, in-
 potentia, ut loqui solet,
 propinqua. Tamen, nisi o-
 pe institutionis atque doctrinae
 excolatur intellectus, ita ut
 huius culturae ope, incipiat
 res nobilissimas & Divinas ma-
 jori

jori indagare scrutari, adeoque
 velut horologium quoddam,
 in motum primum redigatur,
 Vix idearum compositione, nec
 dum sufficienti atque distincta
 Dei cognitione, præstantissimū
 cœteroquin animal gaudebit.
 Non utile modo sed maximo
 necessarium itaque est, hanc
 omnes doceri.

§. II.

Docere autem nihil est aliud,
 quam actus entis
 intelligentis, quo mentem &
 meditationes suas, per signa
 externa cum aliis communi-
 cat. Variæ sunt artes, quæ
 propria, a reliquis diversa
 habent signa. Aritmethica,
 musica &c. Signa etiam sunt
 mer-

mercurialia in viis. Sed nobis hic potissimum in censum veniunt signa illa, quibus ordinarie doctrinam cum aliis communicare solemus, unde in discente cognitio existit per signa, voces sive literas, quam symbolicam appellat Celeberrimus Wolfius, vir nostra laude major. De hujus utilitate, prout imprimis ad cognitionem nostram magis perspicuam & distinctam reddendam confert, quædam præclare monet in sua metaphysica pag: 152: quibus diutius inhaerere instituti ratio non admittit. Id vero intactum relinquere non decet, quod cum oratio de qua jam loquimur,

mur, ex pluribus vel paucioribus propositionibus, sententiis, periodis & verbis constat hæc vel propria sit, vel impropria; ut hocce Horatii. *Contrahes vento nimium secundo turgida vela* * h. c. Ne efferas te nimis rebus prosperis.

§. III.

Ut autem constet, quid sit proprietas & quid improprietas, e re nostra alienum minime putamus distinguere inter proprietatem Grammaticam, & realem sive Philosophicam. Proprietas grammatica est, cum vox id significat, quod primo ex usu significare cœpit. Improprietas grammaticæ

* *Od. XII. lib. II.*

matica est, cum res deinde ad alias res significandas ob similitudinem in re primo significata traducitur. *Realis* seu

Philosophica est cum vox significat id, quod magis accurate & plene rei alicui inest. *Improprietas Philosophica*,

cum significat id, quod minus accurate & plene inest.

E. G. Vox *Lupus Grammatica* proprietate notat animal quoddam sylvestre, ovibus aliisque pecoribus inimicum.

Improprie vero Grammaticae, homines faevos, & ad aliorum perniciem natos, notare potest. Posterioris vero distinctionis exemplum commodum esse potest, res aliqua

mens

AL. IN. III. NO

mensurabilis, quæ ad ulnam,
 vel aliam quamvis mensuram
 exacta, iusta dicitur, & qui-
 dem, uti apparet, *improprieta-
 te Philosophica*, cum iustitia,
 si res Philosophice considere-
 tur, proprie h. e. realiori mo-
 do hominibus, qui actiones suas
 cunctas, ad legis normam, quan-
 tum fieri potest, exactissime at-
 temperant, adscribenda veniat.
 Etenim, quod in iustitia rei
 istius mensurabilis erat minus
 plene, & ignobiliori quadam
 ratione, nimirum exigui ad nor-
 mam, id in iustitia hominis
 longe perfectiori modo con-
 spicitur, quæ ad normam
 multo præstantiorem, quam
 legem vocamus attemperatur

§. IV.

§. IV.

CAusam, si quis locutionum
 impropriarum a nobis
 exigere voluerit, eam dupli-
 cem omnino dabimus: neces-
 sitatem puta & ornamentum,
 cum delectatione & vi mo-
 vendi. Quemadmodum mul-
 ta dantur verba iisdem rebus
 exprimendis, ita multæ dan-
 tur res diversæ, quæ non ni-
 si iisdem verbis exprimi pos-
 sunt. Cuius rei rationem non
 aliunde petendam esse, quam
 quod in vastissima ceteroquin
 verborum sententiarumque sil-
 va, tanta sit inopia, ut res
 verbis exprimendæ multo plu-
 res sint, ipsis verbis, quibus
 exprimi eas oporteret, o-
 mnes

nes mihi facile largiuntur.
 Hac necessitate coacti, res
 sæpe impropriis depingimus
 vocibus. Quod autem orna-
 mentum afferant, simulque
 delectatione quadam singulari,
 & vi movendi animum mire
 permulceant, id vero nemo
 nescit. Multæ sæpe res, pro-
 priis nominibus significatæ
 non ita afficiunt mentes, ac
 si impropriis eas descripsi-
 mus. Sic quis non consen-
 serit longe jucundius sensus
 nostros titillare, eosque mo-
 vere, si res aliquas morales,
 earumque gravitatem inculca-
 vero animis, sub figuris,
 locutionibusque metaphoricis.
 Sic cum virtutem descriperis,

quor

quomodo scilicet sui possessores bect, singularem habet ornatum, mentemque movendi vim, si dixeris eam esse cynosuram illam quæ eam sequentes non permittit errare, sed in quietum jucundæ tranquillitatis portum, plenis velis invehat. Si dixeris illam esse, maculas vitiorum respuens lilium. Idem fiet, si pauperem virtuti litantem vocaveris solem nebulis absconditum, aut adversitates & infortunia nominaveris lydium quendam lapidem, quo probetur virtutis inæstimabile aurum.

§. V.

EX hisce, quæ de modo doctis

doctrinam proponendi in genere differuimus, satis elucet eam quoque, quæ de Deo agit, non alia ratione animis hominum instillari: nimirum & hic vel propriæ, vel impropriæ locutiones adhiberi possunt & solent. Hac occasione commode tractari potest quæstio illa: *utrum voces quibus Dei exprimimus attributa, propria sint, an impropria?* Posterius affirmavit Thomasius, & cum illo Archi Episcopus quidam Dublinensis, qui sententiam Thomasianam acriter defendit, in sermone quodam, Londini impresso MDCCX. Nos vero utrumque, certo respectu, tuto affirmari posse, fir-

firmiter credimus, si modo
 attendantur allata jam § Ill
 distinctio. Nimirum quicumque
 que rem altiori indagine per-
 penderit, & simul a studio hujus
 vel illius partis est alienus,
 inficias ire haud poterit, ple-
 raque attributa divina a no-
 bis vocibus *grammaticè* sal-
 tem *impropriis* efferri. Si e-
 nim ad animum revocetur,
 quid hoc termino superius a-
 nobis significatum sit, patet,
 eo nihil aliud innui quam vo-
 cem, quæ non significat id,
 quod vox ista primo denotare
 coepit, sed aliud quid, simi-
 litudinem cum re prima habēs.
 lam vero quis nescit terminos
 & vocabula ab affectionibus
 &

& virtutibus humanis petita, tra-
 ducta fuisse ad excellentissimas,
 quas in Deo admiramur, per-
 fectiones, designandas; hoc
 enim si nefas fuisset, plane ta-
 cere de divinis mortales debu-
 issent; cum nihil sit magis na-
 turale, quam a rebus notiori-
 bus, quales, respectu nostri,
 affectiones & virtutes animæ
 sunt, ad ignotiora exprimēda
 terminos mutuari. Talia au-
 tem sunt omnes, quas de De-
 o ratio cognoscit proprietates,
 quandoquidem omnium con-
 fessione, a cognitione sui, ad
 Dei notitiam comparandam nec-
 cessario ascendere debet Philo-
 sophus. Iam vero, quid est
 vocem a re, quam initio si-
 gni-

gnificavit, ad aliud transferre,
 si hoc non est, ubi Numinis
 perfectiones vocabulis, quæ
 affectiones in homine limitatas
 initio designabant, expresseris.
 Non tamē hæc ita a quoquam
 accipi volo, ac si plane nihil
 de Deo, etiam grammatica
 proprietate enunciarem? hoc
 enim esset longius quam par
 esset progredi; quin potius id
 non raro, in iis præsertim at-
 tributis, quæ Creatori æque
 ac creaturis communiter adscri-
 buntur, fieri, ambabus, quod
 ajunt, largimur manibus. Ex-
 emplī loco potest afferri, quod
 Deum Ens dicamus, item *cau-
 sam primam*, hic sane nulla,
 neque grammatica quidem, est
 tran-

translatio. Neque tamen negamus, dum Deus dicitur *Ens*, id ei *Philosophica* etiam proprietate competere. Nam licet reliquæ etiam res Entia appellentur, Entitas tamen eminentiori & magis reali modo, Deo assignatur, quam ceteris creatis. Nec diffitendum porro est, per plurima sanctissimo Numini adscribi, quæ satis notabili & conspicua ratione metaphoram sapiunt, nec, nisi ea admissa, explicari possunt. V. C. cum dico Deum esse justum, est quidem in illa propositione aliqua translatio, cum autem justitia humana, quæ involvit voluntatem, se ad legem superius attemperandi, lo-

cutio petita sit ad perfectionem
 quendam Dei, quæ is semper
 sapiëntiæ suæ, tanquam normæ,
 convenienter agit, deorandam.
 Non tamen æque conspicua
 ac insignis heic cernitur meta-
 phora, *ac cum livorem, odium,*
misericordiam, desiderium
&c. Deo accommodamus, hæc
 enim omnia, modo Deo con-
 venienti intelligenda veniunt.
 Quæ enim in hisce affectibus
 mutationem & imperfectionem
 quendam important, longissi-
 me a Deo removenda sunt, ut
 adeo iisdem, cum Deo appro-
 priantur, nihil nisi effectus qui-
 dam a Deo producti, atque
 mutatio in objectis innuatur.
 Interim tamen cum imbecillita-
 no

nostri ingenii, quo pacto ejus-
 modi actus, qui analogiam
 quandam cum odio, deliderio
 & ceteris affectibus, prout in
 nobis hominibus existunt, in
 Deo fiant, non valet assequi,
 ejusmodi uti solemus phrasibus,
 quemadmodum a Deo etiam
 eas, in verbo ipsius sanctiore
 usurpari animadvertimus, quo-
 ties effectus, a Deo in objectis
 producti, indicari debent. Ejus-
 modi imperfectionum remotio-
 ne, in omnibus humanis affecti-
 bus, quotiescunque Deo tribu-
 untur, opus esse, eundo per
 singulos in proclivi esset de-
 monstrare, si modo id ferret in-
 stituti ratio. Sufficiat unum
 aut alterum adduxisse exemplū.

Misericordia quid est aliud
quam ejusmodi affectus quo in-
timis præcordiis, ob aliorum
calamitates & incommoda, ita
mouetur homo, ut non solum
doleat, verum etiam si possi-
bile sit, ei subvenire studeat,
ita quidem ut sanguis si-
mul extraordinario cieatur mo-
tu? Jam cum Deus misericors
salutatur, quis tam stupidus
esset, ut ipsi verum dolorem,
extraordinarium sanguinis mo-
tum, affigere sustineret. De-
siderare dicimur homines,
cum appetimus & cupimus
rem aliquam absentem, unde
hoc indigentiam involvit, a-
deoque sine perfectionis læ-
sione, eo sensu quo homini-
bus

bus, Deo adscribi minime
 potest desiderium. Nostram
 quidem Deus desiderat felici-
 tatem, quod tamen non ita
 intelligendum est, ac si sine
 illa Deus, felicissimam vivens
 vitam, portione suæ felicita-
 tis careret. Cæcus igitur sit
 oportet, qui non videt, &
 hic, quicquid suis limitibus
 circumscriptæ naturæ, quæ
 sola aliquid proprie deside-
 rare potest, utpote cui sem-
 per quædam bona defunt, con-
 ditionem sapit, sedulo remo-
 vendum esse. Hæc uti lucu-
 lentissime demonstrant illam
 proprietatem, quam Gram-
 maticam dicimus, citra ab-
 surditatem negari non posse,
 de

de plurimis vocibus, ad res divinas denotandas adhiberi solitis, ita non est, quod Thomasio, & iis qui eum sequuntur, gratificemur, id *absolute* & sine omni respectu fieri; certo enim modo dici potest, nomina illa, quibus attributa divina insigniuntur, quatenus effectus Dei, in rebus extra eum innuunt, in sensu maxime proprio, de Deo prædicari, si nimirum, proprietas illa superius descripta, quamque *Philosophicam* appellavimus, intelligatur. In hoc sensu, quis negaverit Deum esse propriissime justum, misericordem, cupidum salutis nostræ, cum ipsi competant effectus

fectus, justitiæ, misericordiæ,
 cupiditatis erga salutem no-
 stram, modo longe eminenti-
 ssimo? Qvis enim melius be-
 nefacta remuneratur, peccata
 acrius punit, miseros ca-
 lamitatibus efficacius eripit,
 salutem nostram potentius o-
 peratur, quam idem ille De-
 us? Er in hac quidem signi-
 ficatione, verba Celeb. Syr-
 bii accipienda puto, cum ita
 loquitur*

*Cavendum est, inquit, ne
 omnes promiscue creaturarum
 perfectiones, non nisi improprie
 tribui Deo posse scriptoribus
 aliquibus credamus. Etsi enim
 quædam sunt perfectiones quæ
 * inst. Phil. pr. part. 1. C.
 2. §. 10. p. m. 33.*

quarum ipsa ratio formalis im-
 perfectionem quandam prodit,
 solis creatoris proprias esse, ne-
 mo sanus dubitat: reliqua ta-
 men propterea, quod in emi-
 nentiori gradu Deo competant
 & non nisi ex accidenti, cum
 imperfectione quadam in crea-
 turis conjuncte sunt, tantum
 abest, ut improprie Deo com-
 petant, utpotius competant ma-
 gis proprie. Nam id tantum
 improprie rei cuiusdam tribuimus
 cujus ratio formalis, in se spe-
 ctata eidem non competit. Quæ
 quidem optime satis ab ipso
 sunt allata, interim tamen,
 omni caruisset scrupulo, si
 distinctionem illam a nobis
 roties citatam adferre voluis-
 set.

§. VI.

AD Locutiones autem improprias, inprimis eas referimus, quæ a Theologis anthropopathicæ dicuntur, quæ nihil aliud sunt, quam locutiones metaphoricæ, sub quibus res divina, tamquam in imaginibus, adumbrantur. Vi huius definitionis, non solum a reliquis tropis, metonymia, Synecdoche, Ironia, verum etiam a metaphora, quæ est tropus, cum vox a propria & genuina significatione ad aliam, sed cognatam, propter similitudinem transfertur, distinguuntur. Potest autem duplex constitui, vel in sensu latiore, quando simul

simul includit similitudines, a creaturis rationalibus, ad Deum traductas, ita enim hanc vocem a Theologis accipi videmus, vel *strictiori* quando similitudines a solis hominibus petite ad DEUM applicantur. *Hec non illa* nobis potissimum in censum venit. Hanc autem ut exemplis illustremus necessum non est, cum ea que supra adducta sunt, huc maximam partem spectent; Plura etiam mox infra afferenda sint.

§. VII.

Nemini credo in suspitionem venimus, ac si falx in messem alienam mitteretur, si jam hæc clariori luce

lucē perfundere studuerimus, advocatis ex scriptura sanctione ejusmodi phrasibus & loquendi modis, quos Deo ex rebus humanis petere, atque ad res divinas adumbrandas, accommodare placuit. Neque enim aliud quicquam cogimus, quam ut nostra ex Philologia declaremus, cumque ipsa ad Philosophiam referatur, novum non est, ut una pars, vel instrumentum Philosophiæ, lucem affundat, & quasi suppetias ferat alteri. Id quod nunc etiam fit, ubi Philologia opem fert huic tractationi nostræ, quæ ad theologiam naturalem revocari potest. Tota ejusmodi lo-

cutio

cutionibus scater scriptura, nos
 tamen nonnulla tantum ex-
 empla ex illa proferemus.
 Quem itaque fugit Numini
 sanctissimo tribui viscera, ut-
 pote cum verba Jer. XXXI.
 20 ex fonte sic fluunt: *sonse-*
runt viscera mea propter eum,
miserendo miserebor ejus dicit
Dominus: quibus misericordia
ejus ardentissima exprimitur.
 Ex affectibus tribuitur ei *tristitia.*
 Et. LXIII. 10. *Et ipsi*
rebelles fuerunt, Et dolore affe-
fecerunt Spiritum sanctitatis e-
jus. Quo displicentia & gra-
 tia subtractio denotatur. *Pœ-*
nitentia. Gen VI. 6. I sam.
 XV. II. 35. Qua divina di-
 splicentia adversus peccata, &
 poena.

poenarum inflictio innuitur. Quandoquidem etiam, si de hominibus, poenitentia serua ad Deum conuersis, agatur, diuina commiseratio & poenarum ablatio. Ex actionibus humanis tribuitur ei ignorantia Gen. III. 9. *Et vocauit Dominus Deus hominem, Et dixit ei: Ubi es? Quæ interrogatio non est ignorantis, sed ad comparandum invitantis. Sermo, Gen. I. 3. Et dixit Deus: fiat Lux. Et facta est lux. Quod Musculus, referente Glassio, ita interpretatur in Comment. Humano more Moses de Deo loquitur. Non est autem humano more locutus Deus. Verbum*

bum illius, expressa est volun-
 tatis illius virtus & efficacia.
 Quamvis me non fugiat, hoc
 etiam de verbo substantiali
 Filio Dei accipi. Labor, de
 elaboratione in utero matris
 emphatice loquitur Jobus.
 Cap. X. 8. manus tua labora-
 verunt me. Qua innuit sume-
 mam in homine formando sa-
 pientiam, & labori opposita
 quies. Gen. II. 2. Et requie-
 vit Dominus in die septimo,
 ab omni opere suo quod fece-
 rat. Quæ vox non quietem,
 sed simplicem cessationem si-
 gnificat. Ex adjunctis tribue-
 tur Deo impotentia efficiendi.
 Gen. XIX. 22. Festina, eri-
 po te, non enim potero facere
 quie-

quicquam, usque dum perveneris illuc. Hic accommodat se Deus ad hominum utilitatem, ut non faciat quicquam, quod credentium suorum saluti officere videatur. Insigne est dictum Exod. XXXII. 10. *Nunc igitur dimitte me, ut accensa ira mea, consumam eos.* Loquitur hic Deus, ac si fide ac precibus Mosis alligatus & constrictus, non posset populum delere, nisi impetrata quasi a Mose venia. Ex adjunctis externis adscribitur ei locus. Sic sedes solium seu thronus ei assignatur. Psal. IX. 8. Es. LXVI. 1. Quo ipso majestas, sublimitas & auctoritas ejus super excellentissima judi-

judicatur. Hinc *habitare dicitur in caelis* Psal. CIII. 19. ratione amplioris majestatis ac gloriae. Porro tribuuntur illi *divitiae*. 2. Cor. VIII. 9. ad in-
nuendam divinae majestatis & gloriae, item misericordiae, gratiaeque abundantiam. *Liber vitae* Sal. LXIX. 29. Qui nihil aliud est, quam singularis illa salvandorum cognitio, seu catalogus quasi quidam eorum, quos Deus per fidem in Christum, ad vitam aeternam elegit. Haec ad amussim linguae sanctae, tanquam ceterarum principis, depromere placuit exempla, praesertim cum in aliis linguis, vix tam emphaticae locutiones καὶ αὐτὸς ὁμοπύ-
 -
 -

amillimoloxo roqal eioe Isiar
 -ibu]

Occurrant. Posset jam
 haud difficulter demonstrari,
 ceteratum inductione lingua-
 rum, quod nulla temere in-
 veniatur, quin verbis, a re-
 bus & affectionibus humanis
 peritis, divina enunciet *αὐχί-
 ναί*; verum id quidem, pro-
 positæ brevitatis mensuram ex-
 cederet. Id modo sicco, quod
 ajunt, pede transire non decet,
 voces hujusmodi & phrasas,
 quacunque etiam lingua oc-
 currant, non habendas esse
 pro talibus, quæ nihil signifi-
 cent, aut mera cerebri hu-
 mani commenta, conceptusq;
 erroneos involvant, id quod
 omnibus, quibus sanum fuerit
 sinciput, non potest non con-
 stare

stare, si modo non tam ad
 sola verba, quam ad sensus,
 quos ex intentione divina,
 vel impositione saniorum &
 peritiorum, fundere debeant,
 vel tantillum attendere velint.
 Reale igitur quiddam eas de-
 notare, cum sanioribus o-
 mnibus confidenter statuimus.
 Quicquid enim de necessitate
 & utilitate locutionum impro-
 priarum supra, imprimis §.
 IV. differuimus, id in anthro-
 popathicas, vel maxime con-
 venire, talpa sit, qui non
 videat, unde simul harum
 licentia luculentissime dispa-
 lescit. Non puto a quoquam,
 nisi qui omnes audaciæ com-
 plere numeros in animum sibi
 induo

induxit, contrarium defendere posse. Id quod prestare ausus est, cum gregalibus suis, *Conradus Dippelius*, qui non raro sub Christiani Democriti nomine, per ora hominum volitare cupivit. nemo itaq;, ut existimo, nobis vitio vertet, si omnia, sacra & profana, divina & humana ridentem Democritum, ut par est excipiamus, id est, impiam ipsius opinionem, breviter quidem, sed fideliter expositam, succinctis, firmis tamen & evidentibus animadversionibus, procul remota, cujus ipse mirus haberi artifex cupit, canina mordacitate, depexam demus. Cum

enim, quæ de *ἀφ' ἑωροντι' θεῶν* facti
 cri codicis non veretur eru-
 ructare, de quibusvis locu-
 tionibus anthropopathicis, in
 quacunq; lingua obviis, atq;
 adeo extra scripturam sacram
 etiam adhiberi solitis, valeant,
 hunc non Theologorum mo-
 do, verum Philosophorum
 etiam, ne dicam humani gene-
 ris, hostem judicare, nulla,
 utut ipsi aliter videatur, fue-
 rit injuria. Unde simul elucet,
 quo jure sub nostram, in præ-
 senti dissertatione, censuram,
 cadat.

§. VIII.

OMnem movet lapidem
 Democritus, ut ostendat
 ejus modi formulas loqvendi,
 nihil

nihil omnino significare, cum
 in *Demonstrationis* suæ *Evan-*
gelicæ, pag. 295, sic scribit.
 Sie (ut propriis ejus verbis
 utar) sind nicht bedeutende
 worte und concepten, & quod
 locutiones anthropopathicæ na-
 tales suos debeant gentili-
 smo, scilicet, cum gentiles,
 menti susterent sibi, Deos ira-
 tos, sanguinisque cupidos,
 inde in nostram etiam irre-
 plisse ecclesiam ejus modi lo-
 quendi formulas; sic propria e-
 jus audiunt verba: Sie sind
 aus dem Heidenthum einge-
 sogen / da man sich laster-
 hafte Götter vorgestellet / die
 rache / neid und grausam-
 keit in sich hegeten. Dem.
 Ev. pag. 331. Hinc de sa-
 cri-

sacrificio etiam propitiationis
 tale fert iudicium. Die Ver-
 söhn Opfer sind nicht eher
 aufgetommen / als in der Läs-
 tertlichen abgötterey / da man
 sich Lasterhafte Götter vorge-
 stellt / die rache / neid und
 grausamkeit in sich hegeten /
 und so gar nach menschen-
 blut begierig waren / und da-
 durch / oder in dem / an de-
 ren statt vergossenen blut der
 armen thiere / ihren grimmi-
 stilleten. l. c. p. 330. Ideoq; mi-
 rum non est, si multis in locis
 phrascs istiusmodi esse locutio-
 nes, secundū conceptus hominū
 erroneos, impudenter pronun-
 ciet. In hujus rei fidem ad-
 ducere juuat uerba, quæ pag.
 310.

310. licet prolixiora sint, oc-
 currunt. Es thut denn der
 Herr Pastor (tunc temporis
 Pastorem Holmensem, ad di-
 uam Catharinam, nunc vero
 Episcopum Reuerendissimum,
 Dominum Schröderum inquit)
 sehr ungereimt / wenn er selbst
 bekennet / daß Gott nicht kön-
 ne geändert werden / und doch
 dabey erhärten will // daß die
Σεωπιτισις, oder menschlicher
 weise zu sprechen / nicht eben
 so viel gesagt sey / als nach
 dem irrigen angenommenen
 Concept der menschen spre-
 chen. Denn er weis ja wohl /
 daß die menschen ordinaire-
 ment das Zorn nennen / wenn
 einem

einem etwas geschieht / das
 ihm verdriesslich ist / und Lie-
 be wenn es ihm angenehm
 ist / und wohl gefällt / ob-
 schon beydes in der that nütz-
 lich so wohl als schädlich
 seyn kan. Und eben auf sol-
 chen Fuß nehmen sie die
 Werke Gottes an / und be-
 triegen sich weil Gott nichts
 als gutes wirken kan / und
 allezeit Liebe ist / und Nie-
 manden in der that etwas
 kan zubringen / als was zu
 seinem besten dient. Pergit
 ulterius p. 75. Sie sind ei-
 genschaffen / welche die ver-
 blendete Creatur / in ihrem
 blinden urtheil Gott angetich-
 tet / und daß sich die H. schrift
 nach

nach diesen begriff der blinden
 accommodire, und Gott auch
 so vorbilde / obgleich solche
 concepten in der that keinen
 grund in dem wesen Gottes
 hätten. & pap. 171. dicit.
 Sie sind Redensarten / wel-
 che von den angenommenen
 ideen der von Gott abgekehr-
 ten menschlichen hergeleitet / und
 in die Schrift eingeschrieben /
 und von den H. Scriben-
 ten gebraucht worden / nicht
 eben wie sie in der that sind /
 sondern nach menschlicher
 weise von denen gefasset wer-
 den können / welche sich von
 den vorgefassenen / und in
 der Jugend eingesogenen ein-
 bildungen nicht alsobald ab-
 heben

bringen Lassen. causam ad-
dit p. 76. um sie durch er-
weckte Passionen von furcht
und Hoffnung in ordnung zu
sehen. Tandem p. 310 dicit.
Daß *αιθρωπιτις* oder men-
schlicher weise sprechen / eben
so viel gesagt sey als nach
dem irrigen angenommenen
concept der menschē sprechen.

§. IX.

HÆc quam falsa, incon-
grua, & a ratione alie-
na, quam debilibus super-
structa fundamentis, vel me-
tacente, nemo ignorabit.
Contendit autem primo vo-
ces hujus modi & phrasas
nihil significare; sed hic no-
bis otium facere possunt, quæ
ad

ad exempla talium locutionum § § superioribus adnotavimus, ubi, quem sensum singulæ habere possint & debeant, brevissime ostendimus. Imprimis autem ibidem observavimus effectus, quos ex proprietatibus humanis, unde hæ locutiones petite sunt, & ad Deum accommodatæ, sequi videmus, quatenus a Deo producuntur, iisdem ut plurimum denotari. Quis vero sine absurditate summa persuadere sibi poterit, quod hæ propositiones: *certum alio quem sensum fundit hæ phrasis, effectum quendam a Deo productum denotat, idem valeant, cum Dippeliana ista:*

ita: hae locutiones nihil signifi-
 cant? Cui unquam, vel per
 somnium, in mentem venire
 potest, metaphoricos, & a
 similitudine desumptos loquen-
 di modos nihil significare,
 quoties iisdem, in communi
 loquendi consuetudine, neces-
 sum est uti? Quin potius qui-
 libet sanus nobiscum fatebitur,
 iisdem minimum aliquid ana-
 logi cum illa re, a qua de-
 sumpti sunt, exprimi. Et an-
 non suo semet baculo Demo-
 critus noster manifeste percu-
 tit, quoties ipsemet metapho-
 ricis & anthropopathicis dictio-
 nibus, tum in aliis, tum in
 divinis rebus efferendis, co-
 gitur uti? Id autem non ex
 uno

uno loco scriptorum ejus probari potest. Exempla ejus rei, occasione tertii momenti, quod nobis mox excutiendum est, paulo inferius subministrabimus. Alterum est, voces hujus modi & loquendi formulas gentilismo natales debere suos, indeque in ecclesiam irrepsisse. Hoc vero, cum imprimis linguam scripturæ sanctæ primigeniam insimulare videatur, ad forum theologicum ablegandum videtur, neq; adeo necesse est, ut nos hoc in momento ventilando, multam ingenio nostro crucem figamus. Valde interim veremur, ne hoc, ut multa alia, ad Calendas græcas valeat Demo-

critus probare. Admodum enim dubitamus, utrum Theologos tam faciles sit expecturus, ut ipsi *ultra* largiantur, Spiritum Sanctum & Ammanuentes sacros, tanta fuisse vocum inopia pressos, ut eas a gentilismo necessario coacti fuerint mutuari, indeque in ecclesiam invexisse, praesertim cum nemo, nisi Democritus aliquis, negare audeat veram ecclesiam gentilismo multo esse antiquiorem. Nec multum lucrabitur ad versarius noster, si quaesitis variis, ut ipsi in more positum est, effugiis, assertionem tandem suam limiter ad eas modo locutiones, quae extra

scrip-

scripturam inveſtæ ſunt, quæ
 ve nobis, quoties de Deo
 diſſerimus, frequenter uſurpan-
 tur. Quid enim tandem in-
 commodi exinde metuendum,
 ſi vel maxime ipſi conceda-
 mus, quædam earum genti-
 libus uſurpatas, ſed jam a
 ſordibus gentiliſmi repurgatas,
 a Theologis vel Philoſophis
 inſigni cum fructu adhiberi?
 id ipſi ultro largientur Theo-
 logi, de voce *Theologia*. Ad
 tertium jam tandem devolvi-
 mur Democriti aſſertum, lo-
 cutiones hæc, conceptus ho-
 minum erroneos involvere, &
 hic demonſtrat ſe jam eo us-
 q; temeritatis & audaciæ pro-
 ceſſiſſe, ut, quo ulterius pro-
 greſſus

grederetur, nihil fecerit reli-
 qui. Nihil jam dicemus de
 injuria atrocissima, ipsis pagi-
 nis sanctioribus, earumque
 Autore Sacratissimo hoc in
 ipso illata; id enim Theologis
 relinquimus: de iis modo la-
 boraturi, quæ nos propius
 tangunt. Lubentes fatemur
 voces, quæ a rebus humanis
 ductæ ad Deum transferuntur,
 multa alia involvere, cum
 de hominibus usurpantur, ac
 tibi de Deo prædicantur, a-
 deoque non in eodem sensu,
 ei quo hominibus convenire
 sed hæc in *sensu grammaticæ*
proprio, illi *improprio*, licet
Philosophicæ proprio. Scientiam
 VI. G. Deo adscribimus. Fa-
 temur

remur certe nostram scientiam infinitis parasangis a divina differre. Quibus enim imperfectionibus laborat nostra? cum summo labore eam acquirimus, idearum variarum formatione, abstractione, ratiociniis, & reliquis quæ summo cum laboris & temporis impendio nobis paramus; cum, Dei scientia tanta sit, ut nihil ei unquam accedere, nec decedere possit, sed omnia cum præterita, tum præsentia & futura, uno quasi intuitu semel & simul cognoscat. Inde tamen inferre minime licet, quod res divinæ & humanæ plane nihil habeant commune, conceptusque adeo erroneus sit, si ab hu-

D

mana,

humana, dictio petatur ad di-
 vinam exprimendam, uti non
 sine absurditate dicere possum,
 vocem scientiæ Deo adhibitam,
 nihil ei simile denotare, quod
 in hominibus significat. Ver-
 bo: *infinita differentia non*
collit omnem omnino analogio-
am. Cum itaque erroneus
 conceptus dici nequeat, nisi
 qui rei conceptæ est plane
 difformis, id autem de illis,
 quos locutiones anthropopa-
 thicæ pariunt, vi dictorum,
 affirmari non possit; clarissime
 jam pater, sententiam Dippe-
 kianam miseris collabascere
 ruinis. Deinde ipse Democritus
 gladium nobis porrigit, quo
 ipsum conficiamus, innume-
 ris

meris, enim scriptorum au-
 rum locis, phrales anthropo-
 pathicas usurpat, ut supra
 jam notavimus de quibus ta-
 men minime concedet quod
 erroneæ sint. Fatetur ubique,
 Jesum esse Filium Dei unigeni-
 tum, at, annon Filium esse,
 generari, unigenitum esse,
 voces sunt, a rebus humanis
 ductæ, cum ne Democritus
 quidem contendere audeat,
quod Christus proprie, qua
divinam naturam, more hu-
mano in utero conceptus &
generatus sit! Necesse igitur
 est, ut nobis concedat,
 hoc $\theta\epsilon\omicron\upsilon\gamma\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\varsigma$, hoc est, modo
 Deo convenienti, minime ve-
 ro per errorem de illo prædica-
 ri.

ri. Alibi de Deo affirmat, quod
 impios evomat: quod debeamus
 nos ulnis Spiritus Sancti include-
 re: quod Deus nostra miseria mo-
 veatur: delectantem sensationem
 percipiat: imro principale at-
 tributum, quod Deo attribuit
 est amor, quid vero amor nos-
 rat, quam affectum, quo suavi-
 ter afficimur. Hæc omnia aut
 proprie Deo, aut anthro-
 popathice Deo tribuenda sine
 ex Democrito quero? Prius
 non satinebit affirmare, relin-
 quitur ergo posterius. Si hoc, aut
 erroneæ sunt istæ locutiones,
 aut veræ, non illud, quippe
 quod & manibus & pedibus
 defendit, Ergo erit hoc. Si
 igitur, locutiones anthropopa-
 thicæ

ethicæ a Democrito adhibitæ,
 erunt veræ, quidni si ab aliis
 usurpentur. Victas itaque oportet
 nobis det manus, nisi eous-
 que insanix progredi velit, ut
 quoda se prolatū, verum sit, id
 ab aliis enunciatum falsum esse
 debere, insigni bonæ mentis
 cum deliquio statuat. Hæc
 sunt, quæ pro ingenii nostri
 angustia, circa præsens negoti-
 um, tecum b. L, communicare
 valuimus; quibus si faueris,
 non penitus oleum & operam
 perdidisse nos iudicabimus.

S. D. G.



ethica a Democrito adhibere
 erunt vera, quidam si ab aliis
 usurpentur. Vicias itaque oportet
 nobis det manus, nisi consue-
 que iustitie progredi velit, ut
 quoda te prelati, verum sit, id
 ab aliis enervatum fallum esse
 debere, iustitiam bonae mentis
 cum deliquit fatetur. Hec
 sunt, quae pro ingenii nostri
 angustia, circa praeter negotia
 um, tecum p. l. communicare
 volumus, quibus si faveris,
 non penitus otium & operam
 perdidisse nos iudicabimus.

S. D. G.

